

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
- 2 An & quando pro pretio mercium debeantur fructus recompenſativi.
- 3 De materia, de qua Vermigliol. conf. 289. An ſcilicet ſucceſſori non negotiatori debeantur fructus debiti venditori negotiatori.
- 4 De differentiâ inter Eccleſiam, & pupillum in materia negotiorum.
- 5 De materia prohibitionis negotiorum in Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis.
- 6 Fructus recompenſativi ex l. curabit, qua ratione debeantur.
- 7 An & quando perempta re ceſſet curſus dictorum fructuum recompenſativorum.

D I S C. XLII.

Facta per patrem Jo: Baptiſta venditione Tabernæ, ſeu Fundaci mercium habita fide de pretio, cum conventiono ſolutionis fructuum interim ad moderatam rationem, quinque pro centenatio, deſunctoque venditore ſuper Joanne Baptiſta filio in pupillari ætate, atque poſt aliquod notabile temporis intervallum ſequuto tabernæ incendio, Empor præſentionem excitavit, quod à die mortis venditoris hujuſmodi fructus amplius debiti non eſſent, ideoque ſolvi in fortem imputandi venient freus authoritate Vermigliol. conf. 289. Multò verò magis poſt ſequutum incendium prædictum, mercede preceptas; Atque deſuper introducta lite, pro veritate ex parte Jo: Baptiſta hærediſ venditoris conſultus fui.

Tria itaque diſtinguebam tempora; Primum ſcilicet durante vita venditoris; Alterum inter ejus mortem & incendium; & tertium ab iſto caſu citra.

Super primo dixi, quod quidquid deſuper noſtri Majores variaverint, hodiè iſta eſt quaſtio potius facti, & applicationis, quam juris, cujus theoria videtur jam firma, quod ſcilicet, aut venditio ſit de mercibus ſingularibus, abſque illa univerſitate, quæ annexum habet aviamentum, & tunc, cum agatur de pretio rei inſtructura, nulli fructus, vel interuſuria debeantur, neque in conventionem deduci poſſunt, niſi accedat legitima requiſita luci ceſſantis, vel damni emergentis, eo modo quo in quolibet indifferenti credito quantitati; Aut verò agitur de univerſitate, in qua cadere valet, etiam contractus locationis, & conductionis pro annua penſione; Et tunc ſecus ex deductis ſupra, diſc. 15. & 16. & alibi; Cùmque facti circumſtantie redolent, quod revera ageretur de univerſitate, adeoſt verifi- ceterur ſecunda pars diſtinctionis, hinc proinde pro curſu fructuum de plano reſpondendum eſſe concludebam.

Ex eadem ratione, idem reſpondendum eſſe cenſui pro ſecundo tempore hærediſ, ex generali propoſitione, quod hæres, & deſunctus eandem induunt perſonam, idemque jus ſortiantur; Neque obſtare dicebam præſentam authoritatem Vermigliol. d. conf. 289. Tum ex frequenter inſinuato aſſumpto, quod authoritatibus Conſulentium utpotè venalibus, ſeu conductitiis nulla in judicando fides adhibenda eſt, ſolumque illæ deſerviunt pro lumine, ſive indicatione rationum, & autoritarum, quibus deſerre congruat. Tum etiam quia ipſe loquitur de Eccleſiâ, vel pia cauſa, cui negotiatori interdicienda eſt, quod quod ceſſet illa ratio, cui ipſe ſupponit innixum eſſe hujuſmodi fructuum debitum.

Et quamvis Scribentes pro emptore dicerent intrare paritatem rationis, dum etiam in pupillis prohibita eſt negotiorum ex plene relatis per Sperel. d. dec. 90. & pluries ſub diverſis materiis inſinuatur; At tamen diverſa eſt ratio, quoniam in Eccleſiâ, & perſonis Eccleſiaſticis prohibitio eſt fixa, & perſonalis, adeoſt adeſſe videtur inhabilitas ad id agendum non ex accidentalibus imbecillitate ætatis, vel intellectuſ, ſed ſubſtantialiter, & indefinitè; In pupillo autem ſeculari, non diſponitur iſta incapacitas ratione prohibitionis, quam ipſe habeat, ſed id provenit à prohibitione facta tutoribus, & adminiſtratoribus, ne debeant pupillares pecunias exponere periculoſis negotiorum, ſed porius investire in bona ſtabilia, vel æquipollentia, adeoſt aliis teneantur pupillo quæ quanti intereſt; Et nihilominus iſta prohibitio ceſſare ſolet, vel ex iudicio reſtatoris, vel ex more regionis, & qualitate patriiſonii; Et ſic ſtabilia pendere poſſunt à facto, vel diſpoſitione perſone privata, quod dici non poſſeſt in altera prohibitione Eccleſiaſticarum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum, & per conſequens non bene interre licet ab uno caſu ad alterum, dum T utore negotiante, adhuc plerique vo-

lunt, ut in euſodium lucrum ſit pupilli, qui non ſubjaceat damno, ex relatis per Sperel. d. dec. 90.

Præterea etiam in caſu de quo agit Vermigliol. ubi ſupra, advertetam quod contrarium videtur probabilis ex tribus fundamentis. Primum nempe, quoniam ex deductis ſub tit. de Camb. diſc. 18. prohibitio negotiorum in Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, non proſicit in gratiam debitorum, vel eorum, cum quibus illa exerceatur, neque impedit ac- quiſitionem lucrorum, ſed in poenam conventionionis Fideiſ Eccleſiaſticæ aſſert lucra tanquam turpiter quaſita, & per conſequens nil pertinet ad debitorem.

Secundo quia cum hujuſmodi univerſitate mercimoniorum deduci valeant in contractum locationis, & conductionis, ſive aliàs exerceri mediante adminiſtratore ſeculari, adeoſt deſit ſcandalum exerceri mediante adminiſtratore ſeculari, adeoſt deſit ſcandalum exerciti perſonarum Eccleſiaſticarum per ſe ipſas, non videtur ſubſiſtere illa prohibitio, vel inhabilitas, cum poſſit alter ſupponi quoties præſentim tale mercimonium non habeat initium inſectum, quia nempe ſit merè voluntarium atque lucrum, & negotiorum cauſa per ipſas perſonas Eccleſiaſticas hujuſmodi acquiſitum, vel apertum fuerit, ſed obvenit ex hæreditate, vel donatione, aut altero legitimo titulo excludente verum mercimonium, quod in eo conſiſtit, ut principaliter res ematur, atque vendatur abſque mixtura liciti opificii juxta diſtinctiones, de quibus ſub tit. de Regul. diſc. 60. & in adnor. ad Conſil. Triad. diſc. 19. atque docet frequens praxis in gregibus, & armentis, qua per Eccleſias, & Monaſteria obtinetur.

Et tertio, quoniam hujuſmodi fructus recompenſativi pro pretio rei fruſtrifera non debentur ratione moræ, minuſque ob qualitem creditoris, quod eſſet negotiarum; ac propterea intraret dicta diſcretiva inter deſunctum, & hæredem, ſed id provenit ex æquitate rex. in L. præſcrib. C. de aut. vend. 6 prohibente in emptore fruendi eodem tempore & pretio, & per conſequens dicta diſcreta qualitas deſuncti, & hærediſ nulla videtur conſideratione digna.

In tertio autem tempore, deciſionem pendere dixi à circumſtantiaſ facti, an ſcilicet incendium referendum eſſet caſu, ſive illi leviſſimæ culpæ, quæ ad alios effectus conſiderari ſolet juxta frequentioreſm huius infortunii contingentiam ex deductis ſub tit. de locat. & conſult. diſc. 7. & ſeq. Vel potius ex culpa poſitiva apta producere contra culpoſum actionem ad damna & intereſſe, erga damniſicantem, ut primo caſu ceſſet curſus fructuum recompenſativorum, utpotè ſubrogatorum loco fructuum ipſius rei, & propterea dari non poſſit ſubrogatum ſine principali ex deductis ſupra, diſc. 17. ubi concordantes; Secus autem in altero in quo fructus debentur, non in ratione fructuum, ſed in ratione damnorum & intereſſe, juxta ea quæ habemus in materia cenſus ſignificativi, quod ſcilicet perempto fundo cenſito, vel eo reddito inſtructifero in toto, vel in parte, nulli debentur fructus, vel ſolum illi modici qui ſuperſint; Et tamen ſi debitor, vel poſſeſſor culpoſe lundum deſtruat, aut illum inſtructiferum reddat, in odium culpoſi habetur pro extante perinde ac ſi actus ſequutus non eſſet, ideoque debentur fructus in prædicta ratione damnorum & intereſſe; Iſtam verò diſtinctionem dicebam videri ad rem idealem, quoniam in rebus ſtabilibus dati quidem poſſeſt, ac ſolet caſus voluntariæ deſtructionis, vel inſtructioſitaris, ut ad delictiam, vel ad diverſum uſum, reducuntur, ſed non videtur prædictæ illi caſus voluntariæ, & adeo culpoſi incendium ipſo emptore præſenti debitorum, quod exinde ſequatur hæc obligatio verifiſſimè ſolum contra tertium criminofum incendiarium pro illa damnorum & intereſſe reſeſtione, qua reſultat à delicto.

ROMANA TRANſACTIONIS
PRO FABIO CELSO
CUM MIGNANELLIS.

Caſus deciſus per Rotam pro Fabio.

De eadem materia, de qua diſc. 12. 15. & 35. an ſcilicet, & quando tranſactio reddat licitas uſuras aliàs illicitas, Et incidet de uſuris lucri dotaliſ.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli ſeries.
- 2 Quod tranſactio ſalvet uſuras.
- 3 De uſuris dotaliſ ex ſtatuto Urbis.
- 4 De lucro ſtatutario ad quem ejus proprietatis pertinet.
- 5 Quomodo procedendum ſit in concluſione, de qua n. 2.

- 6 Diſtinguntur plures caſus pro dicta concluſionis regula- tione, ac bona applicatione.
- 7 An pro tempore conventa dilationis acceſſiones eſſent do- bitæ.
- 8 Expenditur ratio reſolutionis, & in qua parte attendi debeat.

D I S C. XLIII.

Deſuncto Mario Celſo ſuperſtite filia, quæ paulò poſt in ætate infantili, quoque obita, cum nulla ſupereſſent bona libera, eo qua caſale, & alia per eum poſſeſſa caderent ſub fideicommiſſo ad favorem Angeli & fratrum de Celſis, apetto. Hinc Angelus uxor jam ſaris facta de dote, pro lucro importante ſcuta remiſſe quingentum, dicti caſalis retentio- nem præſendebat, non obſtante quod eſſet fideicommiſſarium ex beneficio *Amb. res qua*, introductaque deſuper lite in Rota, devenit eſſe ad concordiam per Angelam, obti- nuit in proprietate ſcutos biſſimille, ex quibus jam habebat in manibus quingentum perceptos ex eaſdem caſalis fructi- bus, reliquos autem biſſimille quingentum dictus Angelus poſt- modum Rotæ Auditor, & Cardinalis, cuius deciſionem va- lumen habemus, promiſiſt ſolvere infra quatuor annos, & in- terim ſolvere fructus ad rationem ſeptem pro centenatio, pro reliquis verò mille, & quingentum ſolvi deberent fructus ad vitam tantum, atque non ſolventiſ infra terminum dictis ſcutis mille, & quingentum tam Angelæ donec vixit ſpatio annorum circiter viginti, quam Mignanelliſ ex ſecundo ma- trimonio ſiſti, & hæredibus ſoluti fuerunt per tempus no- tabile fructus. Deſuncto autem Angelo Fabio Frater mi- nor in fideicommiſſo, aliique bonis ſucceſſor pro ejuſdem fructibus, vel forte ſolutis, renuit ſolvere, præſendens quod potius extenuata forte cum dictis indubietis uſuris, re- maneret creditor in eo quod exceſſive ſolutum eſſet, intro- ductaque cauſa coram uno ex Locumtenentibus Auditoris Camera, ejuſ ſententia abſolutoria prodiit, introductaque cauſa in Rota coram Albergato ſub die 16. Martii 1676. ſu- per dubio an fructus debeantur, negativa prodiit reſolutio præterquam quoad quatuor annos conventæ dilationis, atque in hoc ſtatuta cauſa repetitur.

In diſputationibus itaque in utroque Tribunali habitis, cum intentio Fabii eſſet jam fundata in regula hodiè ni- mum plana, & recepta, quod ex credito pecuniario nulla debeantur, neque exigii poſſint acceſſiones, quodque exactæ cedunt ipſo jure in extenuationem fortis, quamvis eſſent ſpontè ſolute, quoniam lex potius coactionem interpretati- vam in debitore ſolvente præſumit, ut pluries in præce- dentibus; hinc punctus erat an adeſſet, nec ne aliquis titulus earum juſtificativus.

Iſteque reſtringebatur ad illam tranſactionis, quam juſti- care hujuſmodi uſuras probare conabantur Scribentes pro actoribus ex deductis per Legat. & alios, de quibus ſupra, diſc. 12. & 35. ac etiam in deciſionibus Rotæ editis in *Præſcriben. tranſactionis, de qua ſupra, diſc. 15.* Quamvis etenim de- duceretur alter titulus ex ſtatuto Urbis 137. at tamen iſte de muliere vidua, ideoque non videbatur ſuffragari illi, quæ jam ad breve tempus tranſierat ad ſecunda vota ex *de- duct. in ſua ſede, ſub tit. de dote, diſc. 196.* Tum etiam quia atterito ſtatuto, mulier dum ex matrimonio ſuperſuerunt filii, aliud jus non habet niſi in uſum fructuum ad ejus vitam, nul- lum verò in proprietate, & conſequenter quando etiam do- nec ipſa vixit, licet hujuſmodi fructus exegiſſet, adhuc pin- guis iſta pars obinebat intentum, dum ita ceſſabat debitum in forte, atque locus erat repetitioni ejuſ quod ſine cauſa eiſ- dem actoribus ſolutum fuerat poſt mortem matris, quæ in forte principali non habebat jus tanquam mulier ex perſona propria ratione lucri, ſed ſolum tanquam hæres filia, ad quam præſendebatur proprietatem pertinere, quamvis revera ne- que id ſubſiſteter, cum probabilius forte taveri deberet ad fi- deicommiſſum, ſive quod ab eo nunquam abdicata eſſet ex iſis quæ habentur *ead. tit. de dote, diſc. 137. & ſeq.*

Quatenus itaque pertinet ad dictum titulum tranſactionis, cum occasione præſentis caſus, ac alterius, de quo d. diſc. 15. aliorumque plurimum expertus fuerim de facili incidi in æqui- voca ob conſuetum Pragmaticorum virtium principaliter va- candi cumulo, vel conſanctationi autoritarum, nimumque chartas allegationibus replendi, non reſectendo ad con- gruum applicationem que pendet à ſingularum caſuum cir- cumſtantiis, eorumque diſtinctionem, cum ſepius alique auctoritates in ſuis caſibus verè bene fundate ſint, ex- tranæ verò à caſu de quo agitur. Hinc dicebam reſectendum fore ad diverſorum caſuum diſtinctionem, ex qua veritas

elucet, atque congrua doctrinatum, ac deciſionum applica- tio manat, & in qua revera tota verſatur hodiè doctrina in hac præctica facultate.

Primus itaque caſus eſt, ubi agitur de illa tranſactione, quæ inſita ſit ad componendam litem actualem, vel habitualem, ſuper bonis de ſol natura fruſtriferis, quæ uni colliguntium dimittantur cum ejuſ obligatione ſolvendi alteri aliquam quantitatem, pro qua interim convenitur de fruſtribus, vel uſuris; Et tunc extra controverſam licita eſt conventio ad limites fructuum, quos ipſa bona producant, juxta terminos *text. in l. curabit. C. de action. emp. quaſi quod illa quantitas, quæ in conventionem deducta ſuit, ſit pars pretii ipſorum bonorum ex firmatis ſupra dicto diſc. 15. & in deciſionibus in ea cauſa editis, ſolumque iſto caſu, quatenus fructus con- venti excederet metam fructuum ipſorum bonorum, cadere poſſet probabilis ratio dabitandi, an ritulus tranſactionis fal- vet illum exceſſum tanquam correſpectivum, & ſic quod ope- retur aliquid plus quam ſimplex venditio ut ſubſtitiſ poſſe videtur, eo quia colligens contentus fuerit illa minor quan- titate in forte principali, habito reſpectu ad commodum il- lius majoris taxæ fructuum, qui propterea in illo exceſſu di- ci poſſunt pars pretii; Eodem modo quo in eodem tit. *de uſur. diſc. 16. & ambo* adverteſt, quod etiam in ſimplici venditione dari poſſet hic exceſſus fructuum recompenſati- vorum in majori ſumma, quam important fructus naturales, comparative ad pretium, quoniam ſi E. G. rex qua fruſter an- nua ſcut. 50. Et quæ revera mereatur aſſimationem in mille, vendatur pro ſexcentum, vel ſeptingentum, nil prohibet ta- xari fructus pretii ad ſeptem, vel octo pro centenatio, cum exceſſus dici valeat pars pretii in forte principali & ſic ſimiliter, ac proportionate juxta facti qualitates & circumſtan- tias, excludentes fraudem uſurarium; Multò igitur magis in tranſactione, in qua incertum eſt, quænam rata reverà perti- neret ad eum cui quantitas promittitur.*

Alter caſus eſt, quando agatur de uſuris per debitorem creditorum jam ſolutis, unde poſtmodum intrat inter ipſos quaſtio, an ſit debita, necne, atque ſuper iſta quaſtio- nem ſequatur concordia in forma veræ tranſactionis abſque eo quod conſtet de voluntate libera, & ſincera in debitore, condonandi uſuras indebitas, & de jure reſpectibiles, vel imputabiles, juxta diſtinctiones, de quibus in hac materia tranſactionis, præſentim *ſub tit. de ſend. diſc. 47. & ſub tit. de alien. & contrah. prohib. diſc. 50.*

Et tunc error videtur eorum, qui diſputant hunc articulum in abſtracto an ſcilicet & quando ſuper uſuris tranſigii poſſit, atque titulus tranſactionis eaſ ſalvet, licitaſque reddat, quoniam deciſio pendet ab eadem diſtinctione, quæ generaliter habetur in omnibus actibus prohibitis *ex deſunct. ſub tit. de ſend. diſc. 49. de emp. diſc. 52. & de fidei. diſc. 183. & ſeq.* an ſcilicet bona, vel mala fide inſita ſit; Bone autem, vel male fidei inſpectio pendet à qualitate dubietatis ejuſ quod ſit in lite, adeoſt, id quod datur, vel reſpective recipitur, dici va- leat juſtum, & adæquatum pretium empionis, vel redemptio- nis fiat actus prohibitus, vel illicitus, & ſic ubi cadat probabile dubium an illæ acceſſiones eſſent licite necne; Ideoque dicitur mater incapax regule certæ & generalis, dum deciſio pen- det à ſingularum caſuum qualitate, & circumſtantiaſ.

Quartus caſus eſt quando, ceſſante dubietate, debitor ſub nomine concordia, in toto, vel in parte remittat ſuum jus repetendi, vel imputandi uſuras ſolutas, vel eaſ non ſolutas ſolvat in parte; Et tunc incongruè, ac potius per quemdam uſum loquendi adaptantur termini tranſactionis, non ca- dentes niſi in re dubia, cum verè & proprie cadant termini donationis, vel remiſſionis, quam niſi prohibeat fieri, quoties ex libera, & ſincera voluntate id ſequatur, adeoſt pen- deat à formidata ſuffocatione, vel ab aliis circumſtantiaſ, quæ vim interpretativam ſuadeant, de jure præſumendam in debitore ſolvente uſuras ex deductis apud Bich. *dec. 72. & paſſim.* Quemadmodum etenim qui poſt illa ejuſ bona, ex motivo benevolentia, & gratitudinis donare, vel jura re- mittere, ita niſi prohibet id agere in uſuris, ut ſequenter praxis docet ex motivo punctualitatis, & honeſtatis, ſive ex altero, ut in futurum, atque in aliis occurrentibus promptis, ac benevolus inveniatur mutuator; Quamvis etenim ubi id ſequatur, ex iſto motivo futuriſ indigentia, & ad evitan- dam potentis creditoris indignationem, Morales diſpente, an ſalva remaneat mutuatoris ſcientia; At tamen quatenus pertinet ad forum externum, de quo meæ ſunt partes agendi, cum Eccleſiâ non iudicet de occultis, ſufficit quod exactis & probatis, conſtet de hac libera voluntate remit- tendi, quodque tunc nulla uregat ratio ſuffocationis.

Omnis tamen isti quatuor casus extranei erant ab illo præfentis controversiæ, in quo propriè caderet dicebam ea quæ in specie transactionis habentur apud Bich. *decis. 16.* quod scilicet transactio non caderet super usuris, neque earum conventio aliquam haberet correptionem eo quia illis esset solum super credito quantitas in sorte, an deberetur, necne, ac propterea desuper sequuta sit concordia, quæ reducat quantitatem ab uno præsentem, ad aliam minorem, cujus solutio differatur cum conventionem intermiserit solvendi fructus, vel usuras ex sola ratione dilatorum ut expressè cantabat conventio, istoque casu titulum transactionis nullatenus salvare potest huiusmodi conventionem, ut potè resultantem ex sola causa dilata solutionis, cum mutuo implicito, sive interpretativo juxta firmata *d. dec. 16. Bichii.*

Et quavis Scribentes pro actoribus insisterent in eo quod remissa esset fors principalis pœnæ in medietate; Attamen id non faciebatur ad rem quoniam remissio proprietatis in parte sequuta fuit ad solum effectum obtinendi in proprietate aliam partem licet, quod possessores fideicommissi contendebant mulieri deberet solum in usufructu, stante quod ex matrimonio fuerant superflui filii, adeo ut etiam in rata promissa adesset porius clara læsio ex hac parte.

Ex his autem liquere videtur quod descripta censura etiam pro quatuor annis huiusmodi accessiones erant indebitæ, & usurariæ ut potè conventæ ac solutæ ex sola ratione temporis, ac dilatorum, ut etiam expressè in instrumentis dicitur; Nil obstantem quod non esset in facultate creditoris petendi debitum juxta distinctionem, de qua supra, *disc. 38.* quoniam si ita esset, sequeretur quod pro quocumque debito pecuniario

pro quo concessa sit dilatio, conveniri, ac exigere possent usuræ dum dilatio pendente, creditor prohibuit vel exigere; dicta enim distinctio procedit in legato, eo quia in illa medio tempore quo legatarius ad sortem agere non potest, ipse accessiones videntur principaliter legatæ, tanquam annuæ præstationes stantes de per se *ut eod. disc. 38.* advertitur, ac propterea clarum esse dicebam æquivocum istos terminos ad rem applicare; Adhuc tamen reflectendo ad veritatem resolutionis in hac parte non displicuit, atque consilium Fabio ut acquiesceret ex diversâ ratione, quod scilicet istæ accessiones dici possint pars contractus, quodque earum intuitu Angela contenta fuerit illa quantitate in sorte, qua alias contenta non fuisset.

In reliquis autem in eodem sensu veritatis justam, benè que fundatam credidi resolutionem, quodque in hoc rigoro processum fuit, non obstantibus considerationibus bonæ fidei in muliere, eique hæredibus, huiusmodi subtilitatem ignaris, de quibus *supra, disc. 12. & 17.* & in aliis pluries, ex eo quod in substantia dicta transactio iniusta, & læsiva esset, dum revera nulla proprietatis mulieris debita erat, non quidem ex persona propria dum illa solum usufructum ad vitam præterendè poterat, minuseque tanquam hæres filia, quia porius eadem proprietatis citra omnem difficultatè debita erat fideicommissio, à quo nunquam abdicata fuit ex deductis *d. disc. 137. de dote.* Et sic ut ad effectum extendendi forem indebitam, atque repellendi actores ab executione annualitatum non solutatum, rectè iste rigor procederet, scus autem ad effectum repetendi excessivè solurum usuræ sortem, atque bona fide consumptum ex deductis præfertim *d. disc. 17.*

S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ continentur in hac Lib. V. Parte prima.
De Usuris, & Intereffe.

I.

Proemialia super usuræ definitione, prohibitione ac requisitis, aliisque generalitatibus ad materię introductionem *an. l. ad 12.*

II.

De intereße mutui ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, aliisque speciebus intereße *sc. a n. 12. ad 29.*

III.

An, & quando detur usura in contractibus emptionis, & venditionis, locationis, & conductionis, societatis ac similibus, ac etiam in legatis aliisque ultimis voluntatibus, vel in iudicium sententis, aut arbitratorum laudis *a n. 30. ad 44.*

IV.

De Usuris Judæorum; Ac generaliter de aliarum licitarum, vel permittarum usurarum reductione, seu moderatione *a n. 45. ad finem.*

S U M M A R I U M.

I.

- Mutuum dantes ex divino præcepto nihil recipere possunt.
- Non datur parvitas materiæ, sed nihil percipi potest.
- Non excusat levis, vel rusticitas, aut consuetudo, vel pupillaris aetas, aut favor pia causa.

- Papa non dispensat super usuris, sed solum declarat.
- An usura sint prohibita de jure natura, vel gentium.
- Leges civiles in materia usuraria sunt generaliter contractuæ, & quales non.
- Non datur usura sine mutuo vero, vel interpretativo.
- Exigitur item conventio obligatoria.
- Usura cadit in omni commodo, vel onere etiam intellectualibus.
- Quare detur usura etiam in aliis contractibus, ac etiam in ultimis voluntatibus, & in sententiis.
- Accessiones hodie licitæ sunt in ratione intereße, & quod duplex illud sit, atque non est regulandum ex persona mutuatarii, sed mutuatoris.

II.

- De intereße damni emergentis, quale sit & de jure requisitis.
- De altero intereße lucri cessantis, ejusque requisitis.
- Mora semper est necessaria, & de duplici specie moræ.
- De usuris dotalibus.
- De usuris, vel fructibus recompenfatis favore venditoris, vel emptoris.
- De intereße contraturores, & curatores, aliisque administratores legales.
- De eodem contra mandatarium suscipientem onus investimenti.
- De usuris usurarum, seu anatocismo, & quando cesset.
- De usuris, & intereße debitis fidejussoris, vel mandatarii solventi de suo.
- De usuris feudis.
- De usuris pro mutuo factis Principi, vel Reipublice.
- De usuris in contractu cambii.
- An valeat conventio cum taxa ab initio.
- Voluntaria solutio usurarum non reddat eas licitas.

26 Quid

- Quid de transactione.
- De remissione, vel condonatione usurarum.
- An usura impentur ipso jure, vel repetantur conditione indebiti.
- De probatione solutionis usurarum.

III.

- An mixtura mutui cum emptione, & venditione, vel cum locatione, & conductione producat usuram.
- De venditione ante tempus cum anticipata solutione pretii ex nunc taxati.
- De venditione ad credentiam, seu habita fide de pretio, an contingat usuram ob alterationem pretii.
- Ratione periculi potest percipi aliqua accessio.
- De usura in contractu societatis, & in contractu trino.
- An & quando detur usura in legato, vel in donatione.
- Et quid in iudicium sententis, vel arbitratorum laudis.
- An, & quando in deposito interit usura.
- De fructibus pignoris, & de anticrisi.
- De moribus pietatis an pro mutuo super pignoris accessionem recipiant.
- De usura in cambio præsentis inter unam speciem & alteram monetæ.
- De aliis permutationibus.
- De usura in censu perpetuo, seu vitalicio, & in societate officii.
- De usura in causis cognoscitis solum Judex Ecclesiasticus & de quibus laicus.
- De pœnis.
- De cambio maritimo, seu nautico fenore.
- De usura in fidejussore, vel a securatore.

IV.

- De erronea opinione Judæorum ut eis liceat usuras exercere cum Christianis.
- Contrarium verius, & quod Judæus conversus ad fidem debet eas restituere.
- Christianus Judæi cessionarius, vel mandatarius usuras non exigit.
- De ratione ob quam Judæis usura permittitur.
- De moderatioribus, vel taxis.
- De usuris censuris quid importent.
- De taxa usurarum Judæicarum in Urbe.
- De conclusionem, ut usura non possint excedere, vel duplicare sortem.
- De tacita minoratione, vel reductione ob exactionem triennemalem.
- Valeat deductio ad minorem summam sub certa conditione, qua non impleta, vel defecta continet prima conventio.

I.

Proemialia super usuræ definitione, prohibitione, ac requisitis, aliisque generalitatibus ad materię introductionem.

Mutuum dantes, nihil inde sperare, vel ex mutuatarii obligatione consequi debere, utriusque novi, & veteris Testamenti, Divina lex prohibet, ideoque omnis accessio usurariam habet infectionem, eaque prohibita est, quamvis modica sit; Divinum etenim oculos, non plus, vel minus prohibet, sed nihil sperandum, vel allequendum esse præcipit, exinde resultat ut in usuris materia parvitas non detur, idque verius est, magisque receptum; Minusque sufficit, vel sexus, aut imperitiae, vel consuetudinis excusatio, aut pupillaris aetas, vel pia causa favor admittitur, cum divinum fit negativum præceptum, absque personarum exceptione semper obligatorum, ideoque usuræ papillares quoque sublatæ sunt.

Et vero Pontificia potestas non derogat neque dispensat, cum Vicarie, seu pontificia potestati, in iis quæ juris divini sunt, interpretandi solum, vel declarandi, non autem corrigendi, vel dispensandi jus tribuatur.

Naturæ quoque juri, plerique hanc referunt prohibitionem, ea moti ratione, quod cum pecunia, vel altera æquivalens materiæ, cum mutuum, saltem interpretativum congruit, naturaliter sterili, ac infructifera sit, idcirco naturæ adversari dicitur ille fructus, eave superfluitario, quam humana industria, vel malicia producat; Fabulæ vero speciem ista consideratio continet, cum secluso utriusque factæ pagine divino jure, quod Christianæ, & Mosaicæ fidei respective professores obligat, apud alias gentes, Idolorum cultores, vel alterius falsæ Religionis professores usuras, in

usu licitas fuisse Græcorum, & Romanorum, aliarumque nationum historiæ, ipseque leges civiles docent, earumque excessiva quantitate, pro politica Reipublice administratione prohibita, vel moderata; Civiles vero leges in Catholico Orbe in hac usuraria materia per factos Canones, in teris etiam Imperii ipsoque saculari foro, omnino correctæ, ac abolitæ sunt, etiam illa quæ pupillorum, vel Ecclesiæ, præve causæ favore disponunt; Ideoque erroneum est in huiusmodi causarum decisionem, illas attendere, nisi rationi, vel aequitati à Jure canonico probatæ, innixæ sint, atque pro factorum canonum fomento ac observantia, vel interpretatione solum adhibeantur.

Duplex autem requisitum pro ejus verificatione usura desiderat; Primum nempe mutuum verum, vel interpretativum, sine quorum uno, vel altero ea non datur, dum in aliis contractibus, quamvis inæqualibus, vel prohibitis, nullitas, ob legis prohibitionem, vel ob consensum imperfectionem, vel injustitiam, aut ob circumventionem, sive inæqualitatem datur non autem usura; Et secundo obligatoria conventio, ea etenim cessante, id quod mutuatarius mutuatori ex gratitudine, vel antidotalis obligationis motivo spontè impendat, usuras non redoler. *b.*

Obligatio vero accedente, nedum pecuniaria, vel alterius rei utilis accessio, sed etiam fervituri, vel famulus, vel obsequii, aut clientelæ præstatio, aliudve simile, quod pretio æstimabile sit, damnatam quoque usuram importat. *c.*

Quamvis autem in omnibus, videntur, ac morientium actibus, vel dispositionibus, usura sit verificabilis, in emptione & venditione scilicet, locatione, permutatione, ac deposito, aliisque nominatis, vel innominatis contractibus, ac etiam in legatis, aliisque ultimis voluntatibus, quinimo in iudicium, vel in Arbitrorum sententis, aliisque similibus, ideoque primo aspectu erronea convinci videtur superius insinuata propositio, ut sine vero, vel interpretativo mutuo usuraria infectio non detur, quodque in aliis iniustitia, seu læsio, non autem usura cadat; Adhuc tamen, vera & firma propositio est; dum ob alterativa pacta, vel alterativas circumstantias, à vera propriæ illius actus naturæ variantes, ille corruptur, atque in alteram occulti interpretativi contractus mutui naturam transit, ideoque usurariae infectioni subjacet.

Ille vero accessiones, quas ex credita, seu aliis reventia pecunia, aliæ æquivalenti specie, vel quantitate ejus Dominum, vel creditorem, licite consequi, ac retinere, præcis docet, non eam lucrativæ accessio habet speciem, quæ ex sola partium conventionem resultat, sed alteram accessio, quæ intereße rationem habet ob dampnum passum, sive ob lucrum amissum, ideoque generatæ est duplicis intereße distinctio, quorum unum lucri cessantis; Alterum vero damni emergentis nomen, seu vocabulum habet; aliis quoque vigentibus intereße speciebus ex naturalis æquitate, vel ex onerum restitutione resultantibus, ut totius materiæ discurfus, vel progressus docet.

Hoc autem intereße ex mutuantis, non autem ex mutuario utilitatem mutuum proderit, sit mutuantis nil interit. *d.*

- a disc. 3. 11. & 15. tit. de Camb. disc. 13. b disc. 13. c disc. 4. d disc. 12. 27. & 29.*

II.

De intereße mutuatione lucri cessantis, vel damni emergentis, aliisque speciebus intereße.

Damni emergentis illud est intereße, quod mutuator ex mutui causa in re propria patitur, quæ nempe ob defectum mutuatæ pecuniæ, quam in extinctionem proprii ætis alieni erogaturus fuisset, usuras, vel interesturia, sive censuum fructus proprio creditori solvere coactus esset, aliudque dampnum pati.

Dupliciter vero istius intereße respectio sequi solet, ac potest. Primum nempe per explicitam mutuantis, ac mutuatarii conventionem, quia scilicet solvente illo qui pecuniam habeat, in proprii debiti dissolutionem erogare; Altero autem, qui pecunia indiget, cum rogante, ut sibi mutuum præter, pacificatur iste reficere totum id, quod ex usurarium, vel censuum causa, mutuator proprio creditori sit præstiturus; Istaque conventionis specie justa, licite à jure quoque canonico reputatur, quoniam gratitum quidem mutuatoris officium esse debet, non tamen sibi damnum, ac prejudicialis; Dammodo sincera sit conventio, non autem usurarium passium.

Et secundo ubi ob mutuatarii moram, in mutui restitutione

ratione statuto tempore faciendâ, mutator præmissum, vel aliud damnum senserit, cum proprio creditore, quem dimittere, cum restituenda pecunia statuat, istaque frequentior est species. quæ forensibus questionibus ansam præbet.

Super istius autem posterioris modi, vel speciei verificatione, seu requisitis, quætio cadit, an sola generica fuisseat probatio, quod scilicet mutator, vel creditor, post contractam mutuatarii, vel debitoris moram, illud damnum sit passus, ejus assertione admittit, quod in eam causam pecuniam debitam erogaturus fuisset; Vel potius specialis justificatio requiritur, quod eadem mora damni præcisâ, & immediata causa fuerit, quod nempe creditoris declaratio debitori notificata super hujusmodi destinatione accedat; Prior namque opinio sibi magis communitur recepta est, Romana Curia excepta, quæ posteriorem magis rigorosam sequitur, nisi necessaria esset destinatio omnino faciendâ, sive quod per alias probationes etiam præsumptæ species de illa parent. e

Pariter in altera specie interesse luci cessantis eadem dignoscitur opinio diversitas; Curia etenim tenaciter eandem præcisam ac specialem exigit justificationem requisitorum, quæ in *affrenis* vulgo dicuntur, quod scilicet prompta fuerit fructifera, seu lucrosa erogationis occasio, ipsi debitori denunciata, cum destinatione in illam erogandi pecuniam; Alibi vero fortè magis communiter, eadem generica, seu ex communi usque notorie oriens probatio sufficit, eò quia semper occasio præsumpta sit, omnique præsumitur industriosis, ortioam pecuniam non retenturus; Ideoque pro regionum, vel Tribunalium styli, receptæ quæ opinionibus, utraque quætio decisivem recipit. f

In utraque autem interesse specie, una, vel altera sententia tenent, illud more requisitum semper necessarium, atque præsupponendum est, cum sine mora, vel prævia conventionie, quæ mora æquipollens, unum, vel alterum interesse non detur; Ea vero duplicem habet speciem; Unam scilicet quæ vera & regularis dicitur, per interpellationem, vel statuta diei lapsam contracta; Et altera irregularis, per legem ex privilegio Ecclesiæ, pupilli, minoris, pæ cause, Civitatis, aliarumque personarum, sub necessaria ejusdem legis administratione viventium, inducta. g

Plures autem in Jure casus dantur, in quibus etiam sine mora, unum, vel alterum interesse debitum sit, minisque alia desiderantur requisiti. Primò scilicet favore viri, matrimonii onera supportantis, pro dote non soluta, cum ipso onerum supportatio, mora, alisque requisitis æqualeat, istudque interesse, non lucri amisi affectionem, sed damni in eadem onerum supportatione passi restaurationem importat, ut in sua dotali sede latius. h

Venditoris item rei fructifera favore pro non soluti pretii rata, idem adversus emptorem, cui expressa dilatio concessa non sit, interesse cursus datur; Ad ipsius tamen restituendum verisimiliter percipiendorum ratam, sed non ultra, adeoque ex sententia quam Romana Curia sequitur, neque partium conventio excessum admittat, ut pariter in sua sede latius. i

Istaque species quoque moram non desiderat, quinimò neque justam admittit excusationis causam, nisi venditoris culpa, vel factum, veram, ac effectivam solvendæ pecuniæ orisitatam, vel aliud æquipollens interesse in emptore causaverit. Ideo namque mora desideranda non est, quia neque verum interesse dicitur, quod mora sit effectus, atque pæne speciem redeat, sed potius reflectio, seu restitutio fructuum, quos ex re propria venditor alius percepturus esset; Naturali prohibentio æquitate locupletationem de alieno, quodque re & pretio eodem tempore emptor potiatur.

Et correlativorum autem natura, eademque naturali æquitate dicente, idem favore emptoris, qui pretium solvit, re fructifera non accepta, in toto, vel in parte receptum est, ut in sua sede latius. Istaque usurarum, vel interesse species à Jure civili inducta, ab altero canonico quoque probata est, atque sub generica correctione non cadit, cum non ab ipsius civilis dispositione, vel autoritate maner, sed ab ipsa naturali æquitate, vel ratione, quam lex canonica potius conservet. j

Quamvis item (ut insinuatum est) pupillares usuræ, à Jure civili inductæ, Jure canonico quoque sublata, vel correctæ sint, idemque omnes illæ cessent extensiones, quas pupillarum adinstar, Ecclesiæ, vel pæ cause, vel civitatis, ac similibus favore cum clato æqui voco civilibus ponderant, cum sublato exemplari, vel suppresso fonte, magis cessare debeant exempla, vel rivuli; Adhuc tamen, aliis non desideratis requisitis, contra tutores, aliosque legales œconomos, & administratores, interesse cursus datur; Non quidem in ratione debiti non soluti, atque pro lucrosa creditoris ac-

cessione, quam debitoris mora producat, sed ob aliam moram, vel culpam, quæ suscepti muneris ratione resultat, ob illud neglectum investimentum, ad curam eam, & sollicitudinem, lex hujusmodi administratores obligat, ideoque reflectio intrat illius fructus, vel emolumentum quod faciendum investimentum produxisset, dum lex in odium negligentis, illud pro iam facta habendum esse fingit, ac dispensat; Nisi deficientis occasio, vel alia similis iusta excusatio hanc negligentiam tollat. l

Eadem obligatio quoque in voluntario, seu conventionali administratore, vel mandatario intrat, ut si alienam pecuniam in licitas, & fructiferas occasiones investendam suscipiat, taleque onus in se assumat, ex mandati actione, idem qui supra refertur effectus, quamvis etiam debitor esset, ita duplicem gerendo personam, nisi eadem inter excusatio; Illud verò interesse, non ex debiti non soluti, sed ex suscepti mandati, vel muneris non impleti ratione debitum est, ideoque (ut nostri dicunt) ob non factum potius, quam ob non datum intrat.

Adeoque istud interesse lex decernit, atque fori praxis etiam rigorosioris Romanæ Curie recepit, ut quamvis etiam ex civili Jure, multò verò magis canonico, usuræ usurarum prohibita sint, etiam si earum conventionalis conversio in sortem accedat, hujusmodi omnino damnata superlatatione, quæ sub anathemâ vocabulo explicari solet; Adhuc tamen, administratore, vel mandatario ut supra fructus, vel usuras exigente, vel exigere ab aliis, vel à se ipso debente, cum eadem legali, vel conventionali investimenti obligatione, sortis naturam fructus, vel usuræ assumunt, ideoque novos fructus, vel nova intersurata, ad multiplices etiam rationem, seu regulam debeantur. m

Fideiussori, vel mandatario, alterive administratori, vel negotiorum gestori, aut socio, qui de proprio principalis, vel mandantis, vel socii debitum dissolverit, usuras lex civilis decernit, Lex verò canonica negat, nisi effective damnum de proprio senserit, quia nempe debitum sub usuris contrahere sit coactus; Idque non sufficit, nisi contrahendi facultas quoque adsit, pro qua interpellatio desideratur, ubi ea expressa concessa non sit. n

In seudo usuras permissi statutum est, non tamen ex legis dispositione, cum humana, seu positiva lex desuper statueret non valeat, sed ex ratione, quæ forti, vel pretio congruit. In necessario item potius, quam voluntario mutuo, quod Principi, seu Fisco, vel Republicæ fiat, hic datur accessio, ut potè compensative periculi, quod hujusmodi mutuum annexum habet, non autem in ratione lucrativæ accessionis pro mutuatoris officio, quod debet esse gratuitum.

In localium, seu literariorum cambiorum contracta usuræ quæstiones frequentes cadunt, ubi realis requisita desiderant, quia verò sua peculiariter sedem esse contractus habet, idcirco in ea videndum, de aliis vero speciebus infra.

Ex præmissis autem validæ conventionis usurarum, decisio pendet; Ubi etenim ex juris dispositione, accessio, vel interesse in genere, vel in substantia licitum sit, prohibitum non est, illud in conventionem deducere; Quæstione contentente super cetra taxa, quam aliqui tanquam suspectam absolute negant; Aliqui verò justam, & verisimilem admittunt, ut in sua sede, ubi videndum est, cum non de facili sub compendio id explicabile sit. o

Usurarum solutio, quamvis absque Judicis coactione facta sit, solventi non præjudicat, neque repetitionem, vel imputationem impedit, ex generali regula, quod in hac usuraria materia Partium conventio licitum reddere non potest id quod illicitum sit, ideoque neque computorum solidationis creditor, vel mutuanti suffragantur. p

Transactio verò earens intrat, quatenus casus probabiliter dubius sit, ut propterea bona fide inira dicatur, atque ita cum bonæ, vel malæ fidei distinctio decidenda est quæstio consuetam habens opinionum varietatem, in super usuris transigi valeat, non autem, ut ea quantitas, quæ occasione transactionis in obligationem deducatur, usurarum productiva sit, nisi earum conventio pretii pars dici valeat. q

Remissio autem, vel condonatio usurarum solutorum, quæ per debitorem creditoris fiat, quoad ea, quæ ad externum pertinent forum, ubi scienter, atque ex libera voluntate fiat, admittitur; Secus verò ubi ex spontaneæ solutionis actu hæc voluntas desumatur, sive ubi aliquis dilatio, vel suffocatio in obligationem deducatur, remissio fiat, cum non spontanea, ac liberam, sed coactam debitoris voluntatem, lex præsumat; Exindeque manat, ut indebitum usurarum causam solum, ipso Jure in sortem cedat, quæ-

que operetur extenuationem, non autem ut conditione indebiti, repetendum sit, ut aliqui volunt, quorum sensum Romana Curia non probat, nec recipit. r

Super solutiois usurarum probatione quæstiones cadunt, ubi creditor ad imputationem, vel repetitionem evitandum, usuras solvas esse negat; Id autem facti potius, quam juris quæstionem continet, eamque proinde, ac generalem non recipiens regulam, dum ex facti qualitate, & circumstantiis descriptio manet; Quia verò difficilis probationis materia repetatur, ex consuetudine, & calliditate, usuras occultandi, idcirco præsumpta quoque, & adminiculativa probatio admittitur, ubi de imputatione in sortem pro debitoris liberatorio effectu agatur; Ubi verò ad effectum repetitionis ejus, quod ultra debitum indebitè solum aseratur, tunc magis concludes desideratur probatio. s

e disc. 14. 34. & 35. f disc. 10. disc. 12. & in aliis sup. cit. g disc. 29. 30. 31. & 35. h de Dor. disc. 161. & alibi. i disc. 15. & seq. de empr. disc. 46. l disc. 13. 15. & 29. de Tutor. disc. 6. & 10. m disc. 59. de Cred. hoc tit. disc. 38. n disc. 34. hoc tit. o disc. 12. 17. & seq. p disc. 35. & 38. q disc. 12. 35. & 43. r disc. 17. & 37. f disc. 12.

I I I.

An & quando detur usura in contractibus emptionis, & venditionis, locationis, & conductionis, societatis, ac similibus, ac etiam in legatis, aliisque ultimis voluntatibus, vel in Judicium sententiis, aut arbitratorum laudis, & de aliis materia.

Correspondenti mixtura mutui, cum contractu emptionis, & venditionis, seu locationis, & conductionis, aut permutacionis, aliove simili, nominato, vel innominato contractu, cui eadem congruat ratio, usuræ quæstionem parit, eaque consuetam opinionum varietatem habet; Una etenim opinio, indefinitè usuram adesse credit, quamvis alter contractus, justitiam continet, quasi quod illa necessitas, quam mutuatarius habet vendendi, vel respectivè emendi, sive locandi, vel conducendi, aut permutandi, suffocacionem redeat; Commodum verò quod mutator exinde reportat quamvis affectionis, vel commoditatis, ut securitatis, vel prælationis fit, usurarum importet infectionem.

Alteræ est probabilior, magisque recepta opinio, quæ ab injustitia pretii, vel læsione, usuram regulat; Ubi etenim mutuatarius, ob mutui mixturam, nullum in pretio damnum sentit, nullamque commutative justitiæ alterationem patitur, tunc nil prohibet, quin mutator, pro gratuito mutui officio, alterum à mutuatario gratuitum, compendientia, vel prælationis officium obtineat; Ideoque illa anticipata salarii, vel mercedis accommodatio, quæ operum locatoribus hyberno, vel alio penurioso tempore fiat, ut ita mutuator, de operis statuto tempore præstantis scetur reddatur, sive, ut de frumenti, aliarumque mercium emptione tempore collectæ sit certus, atque prælationem habeat, ubi pro justo, & tunc currenti pretio sit, ut propterea nullum receptori pecuniæ, ac respectivè venditori, seu locatori damnum resultet, nulla dicitur adesse usurarum infectio. t

Ubi verò conventio, ad justum, & commune pretium de tempore, quo venditio, seu locatio effectum sortitura est, relocator non habeatur, sed de præteriti istud statuat, tunc verisimilitudo est Juxta questionis; Si etenim per speciem conventionis; Super incerta futura alia, bona fide, verisimilibus taxa fiat, quæ utriusque contractus, commodum, vel respectivè incommodum parere apta sit, nullam anticipatæ pretii solutio, quæ implicatum, vel interpretativum mutuum continere dicitur, usuram producit; Secus autem è converso, ut aliquod certum exinde mutuatris lucrum sequatur. u

In casu verò converso, ut rei infrascriptæ, seu etiam fructifera, ultra metam fructuum interim decurrerentur, venditio, seu locatio pecuniæ credita fiat, eadem intrat distinctio inter pretii justitiam, & injustitiam, Semper etenim quod dilata pretii solutio venditoris certam utilitatem; Emptoris autem certum damnum producat, tunc adesse usura, cum ita implicatum mutuum occultari dicatur, atque decenia solvendæ dilatio, accessionem producat in eo majori, seu cariori pretio, quod pecuniæ credite ratione conventum sit; Nil interesse luci cessantis, vel dami emergentis (eius tamen justo valore attento) alterationem compensat; Sive & frequentius autem inducat compensationem periculum, cui venditor pro emptoris futura decodione, vel sufficientia, vel pro alio contingibili eventu se exponat, cum etiam in puro mutuo periculum salvet accessiones; Ubi tamen periculum

verisimiliter formidatum sit, non autem ubi pro colore quæsito serviat. Ideoque bona, vel mala fides, sive verisimilitudo totum facit, istamque regulat materiam. x

Majores quæstiones, alter societatis contractus producit, quia nempe pecuniæ, vel merces, aut animalia in societatem alteri dentur sub certo istius emolumento, ac proprietatis affectione, ut vulgò, ad capitale saluum, dicitur. y

Id autem consuetam habet, non modicam opinionum scissuram, diversaque recipit distinctiones sub compendio, non de facili explicabiles, præsertim verò super illius contractus justitia, qui trius dicitur utpotè trium diversorum contractuum complexivus, quoniam primus Societatis est in ipsa pecunia, vel merce, seu animalibus, quæ alteri super negotiatione, desuper faciendâ ad commune commodum, & incommodum, ac periculum, credantur, sub ea societate, per quam unus pecuniam, vel mercem, alter verò operam in socialis negotio ponat, cum ea lucrui, vel dami participatione, quam iusta proportio exigit; Alter autem assicuracionis lucrui, seu accessionum; Et altera assicuracionis foris, utriusque assicuracionis pretium, seu iustum valorem foris affeuctore obtinente; Idealiter autem, seu theoreticè iusta trius contractus reparatur; Præticè autem vix ejus iustitia verificabilis est; Ideoque facti potius, quam juris quæstio remanet, ex facti circumstantiis decisionem recipiens ex illa præsertim verisimilitudinis, vel inverisimilitudinis justitiam frequentius regulantis. z

In legatis quoque, sive in gratuitis donationibus, ac similibus in quibus, justitia, vel injustitia, seu læsionis, & circumventionis ratio non intrat, quæstio cadit, an infectio usurarum detur, quia nempe testator, vel donator, se ipsum, vel hæredem obligat, ut quantitas legatæ, vel donatæ solutio pendente, usuras, vel aliam accessionem faciat. Ea verò distinctio, pro Romanæ præsertim Curie praxi, recepta est, ut legatarii, vel donatarii facultate sortem exigendi id pendat. Ubi etenim exigendi facultatem prohibito habeat, tunc usuram testatoris, vel donatoris præceptum redeat, itaque obligatorum non est, atque solum in causam accessionum sortem extenuat, dum neglecta exigendi facultas, ita illius debiti implicitum redeat mutuum. Ubi verò ista facultas desit, licita dispositio est, nullam habet usurarum infectionem, quasi quod ipsa forte demortua, ac irreperibili ex parte creditoris existente, annui, seu aliis temporales fructus, & accessiones, speciem habeant sortis in donatione, seu legato contentæ. b

In Judicium autem sententiis, aut arbitratorum laudis usuræ quoque cadunt quæstiones, cum in idem decidenda distinctioibus justitiæ, vel injustitiæ, sive an accessio merè lucrativa sit, vel potius è converso damni, vel amissi lucrui, aut alterius præjudicii iusta compensatio. Atque hinc manat, ut certatum generalium regularum sub compendio explicabilium materia in eapax repuretur, eaque facti potius, quam juris censetur ex facti, vel singularum casuum individualium circumstantiis decidenda, clarisque sit error cum generalitatibus in abstracto in ea procedere. Juris etenim theoreticæ pæne omnes firmæ, ac receptæ videntur pro locorum, seu Tribunalium moribus, vel styli, applicationis autem omnes videntur quæstiones.

In eo deposito quoque idem usuræ dubium cadit, quod irregulariter dicitur, per quod depositarius, depositæ pecuniæ usum habeat, atque dominum maneat, deponenti autem; de aliquo lucro, vel accessione respondeat. Sed in isto pariter ea, quæ in muro dicta sunt, procedunt, cum irregulare depositum implicatum, vel interpretativum mutuum occultet. c

Pignoris fructus, usurarum, vel accessionum naturam habent, ideoque mutuator suos non facit, sed eos, quos percipit, vel percipere potuit, restituit, vel in sortem imputat, illa dempta rata, quin lucrui cessantis, vel dami emergentis interesse absorbeat. d

In montibus verò Pietatis, aliisque similibus locis, vel operibus, quæ non pro mercatura, vel fœneratario lucro, sed ex charitatis motivo mutuarii indigentibus pecuniis sub pignoriobus institutum habeant. sub aliqua accessione in annos, vel menses distributa, fœnoris, vel usuræ quæstio cadit, consuetam, apud Morales præsertim, habens opinionum scissuram. Veris autem est, ut certam ac generalem id non recipiat regulam, ubique applicabilem, sed ex locorum moribus, aliisque facti circumstantiis decisionem recipiat, quia nempe, non pro fœneratario lucro, solaque pecuniæ retentione, accessio, aliaque recognitio præstetur, sed pro ipsius loci, vel operis substatione, pro suppletionem scilicet expensarum, quas desuper in ministris, & operariis, ac pignorum conservatione, facere oporteat, ac etiam pro suppletio-

ne, vel compensatione periculi, vel damni, quod idem opus annexum habeat, in pignorum peremptione, seu debitorum decoctione, aut ministrorum infidelitate, aliusque casibus, & contingentiis. Vel pro iusta refectione illius emolumentum, quod vere, ex licita, & prompta fructifera occasione, obtineri possit, ideoque profusus erroris esse illorum stylus, qui cum generalitatibus procedunt, atque in abstracto questionem disputant.

Quamvis autem illa usurarum suspicio, vel infectio, quae in Cambii contractu cadit, ut superius insinuatum est, propriam, peculiaremque habeat sedem. In localibus tamen, seu literariis cambiis ea versatur, tractatio. Sub ista vero usurarum sede, illud cadit cambium, quod vere permutacionis inter praesentes habet speciem, inter unam, scilicet, & alteram praesentis monetae speciem, quarum utraque in loco currat, aequalemque habeat intrinsecum, seu legalem valorem, extrinsecum autem, & accidentaliter valoris diversitas, à meliori, vel commodiori materia qualitate differat; Ut in eo contingit cambium, quod inter aeneam, & argenteam, vel auream monetam fiat, sive inter eandem argenteam, vel auream majoris, vel respectivè minoris emolumentum, iuxta collybitarum institutum, seu professionem; Id autem à tempore, vel dilacione decisionem recipit; Si enim collybita, aliusve cambiator alterum contrahentem circumveniat in permutacione, quae inter utramque praesentem pecuniam fiat, iniustitiae ac laesionis, vel falsitatis, non autem usurae vitium dignoscitur; Ubi vero alicuius temporis dilatio accedat, ejusque ratione pro pecunia majoris commoditatis, vel existimacionis accepta, meliorem in eadem quantitate restituere oporteat, puta argenteam, vel auream pro aenea, vel aureos scutos novarum pro aureis scutis, antiquarum stampatarum acceptis, usura inest in meliori extrinsecivo, vel accidentali valore, qui accessionis veram speciem habet; Idemque in permutacione aliarum rerum, quae functionem in genere recipiant.

De Usura vero, quae in consignativi census perpetui, seu vitalicii contractu cadit, vel in altero societatis officii in suis respectivè sedibus particulariter agitur.

Omnium autem praesentium, ac similiarum, quae universam hanc usurariam percutiunt materiam, ubi de his decidendis agatur, quae juris sunt, usurariam infectionem includentibus, vel excludentibus, ecclesiasticus forus est competens, incompetens vero secularis, qui eorum solam cognitionem habet quae facti sunt, sive quae ad facti decisionem tendant, pro restitutione scilicet, vel imputatione illarum usurarum, quas Canonica lex tales esse jam decreverit, unde propterea incidens, vel occasionalis sit juris cognitio pro eodem effectu; Vel pro altero poenarum, ac iudicii criminialis, quod à proprio instituto est extraneum.

Nauticum foenus, quod alicubi maritimum dicitur cambium, usurae questionem habet, cum aliquibus decidendam distinctionibus, non de facili sub compendio explicabilibus, ideoque in sua sede vivendū.

Idemque in ea usurae questione, quae in fidejussionis, vel asecurationis contractu cadit quoties tamen vetum, vel interpretativum accedat mutuum, sine quo usura non inttat.

b disc. 4. u ibid. x disc. 3. & 36. a disc. 12. & 40. b disc. 29. & seqq. & 38. c de Cred. disc. 25. & 63. d disc. 9. & 10. e de Cred. disc. 135. e de Camb. disc. 24. f de Cons. disc. 9. de Societ. disc. 12.

IV.

De Usuris Judaeorum, ac generaliter de aliarum licitarum, vel permissurarum Usurarum reductione, seu moderacione.

Pinatur Judaeorum Rabbini, ac Mosaeica legis interpretes, ut usurarum prohibitio veteris Testamenti, cum quo ipsi vivunt, ejusdem Religionis, vel sectae sequaces percipiunt, supponendo quod lex prohibet sub foenore mutuari fra-

tri suo, ideoque cum Christianis, vel Maumethanae sectae sequacibus, utpote non fratribus, id licite agere posse credunt.

Falsa vero, atque omnino erronea opinio est dum in Judaeis etiam, aliusque infidelibus, usura est illicita, & prohibita; Idque nimium inspicere refert; Vel ad actionis denegationem pro usurarum assignatione; Vel ut infidelis ad fidem conversus à non exactis abstinere debeat, exactas vero restituere, nisi ad majus bonorum conversio ad fidem, remissio fiat.

Atque hinc manat, ut fidelis, qui Judaei, vel aliter infidelis cessionarius, vel mandatarius est, vel alio quovis titulo, vel nomine, has usuras exigere, vel percipere prohibeatur.

Quamvis autem pro ipsis Romanae Curiae, aliarumque Catholici Orbis partium praxi, Judaei telonum publicè exercent, atque pecunias super pignoribus, vel cum aliis cautionibus mutuent sub usuris, quae certam, atque genericam taxam, cum publica, & legitima auctoritate factam, non excedant, atque pro eis allegandis, iudicis officium, aliae juridica remedia concedantur; Non tamen usurarum canonizatio, vel positiva permissio, sed conventiva, seu prohibitio nis absentio est, eò quia de hujusmodi infidelium desperata salute, ob majorem, magisque substantialiorem fidem defectum, ob minoria peccata, Ecclesia non curat, neque sollicita est, bene tamen curam, ac follicitudinem eorum conversio ad fidem habet, ut ea sequuta, istud, aliaque crimina impediatur.

Pro Republica vero praesenti regimeine, & ne populorum sanguis in magno excessu exhauriatur ab hujusmodi foeneratoribus quibus Hyrudinis, vulgo sanguisuga attributum congruit, moderaciones pro temporum, aliarum circumstantiarum exigentia sunt; Non quidem ut intra summam taxatam usura licita declararetur, sed ne perimitur excessus antiquorum Romanorum exemplo, qui licet in statu infidelitatis, ac idolatriae adhuc viventes, divini oraculi preceptum non agnoscerent, vel agnoscerent noscunt, usuras, ac foeneratoriam artem, permitterent; Adhuc tamen modum desuper per non excessum, non autem per necessarium ascensum, praescribere consueverunt, illam decerentes taxam maiorem, quae censuarum usurarum dicitur, & aequae à nostris primis magistris, & interceptibus, ob linguæ latinae corruptionem perfectamque deficientem notitiam, malam habendo interpretationem pro aequali cum forte singulo quoque anno reputata est, ut eam adaequet, ac propterea, ut vulgo dicitur, essent ad rationem centum pro centum; Eorum autem vera interpretacio est, ut quolibet centesimo mense, fortis adaequari fieret, quod in quolibet anno solari ex duodecim constituto mensibus, rationem duodecim pro centenario importat; Atque ad hanc rationem currentes Judaeorum usurae taxatae sunt.

Sortem vero usuras excedere, vel duplicare non posse, eorumdem Romanorum civiles leges disponunt, ideoque foeneratori imputandum esse, cur ante centesimi, vel biscentesimi mensis lapsum, de exactioe debiti sollicitus non fuerit; In iis tamen odibilibus usuris, istam legis prohibitionem procedere est receptum, quae solo iudicis officio ex ipsius legis benignitate conceduntur, non autem ubi stipulacionis, vel actionis jure, sive ubi non odibiles, ac illicitae usurae sint, sed licitè lucri cessantia, vel damni emergentis interusura.

Eatundem quoque odibilium usurarum reductionem lex praesumit per triennalem continuatam exactioem ad minorem conventam rationem; Licita autem summae conventae moderatio, seu minoratio, sub certa conditione fit, ut debitor ab ejus implemento cessante, vel alias conditione defecta, vel non incepta majores conventas exigere liceat.

De aliis autem in sua sede, atque apud eos, qui de materia foenerator tractant, videri poterit.

g disc. 5. h disc. 5. & seqq. i ibidem. l de Camb. disc. 16. & alibi.

Finis Partis Primae Libri Quinti.

JO. BAPTISTAE CARD. DE LUCA Libri Quinti Pars Secunda, DE CAMBIIS.

ROMANA CAMBIORUM

PRO HEREDITATE PHILIPPI VALENTIS CUM MARCHIONE MARCELLO RAYMUNDO.

Causa disputata in Rota & decisio ut infra.

De Cambiis platealibus an valeat, ubi circulara, seu continuata sint de plateis ad plateas absque mixtura nundinarum, & in quo differant à nundinalibus; Qua occasione agitur de cambiolorum origine, introductione, natura & coniugatione. Et quatenus cambia praesertim platealia sint excessiva; redolentia magnum damnum debitoris, & respectivè lucrum creditoris, An ex hoc remaneat invalida & usuraria, vel potius sit locus eorum reductioni, seu moderacioni.

SUMMARIUM

- 1 Falsitas.
2 Decisio causa.
3 De partibus, in speciebus disputatis.
4 De impugnatione cambiolorum platealium, eorumque differentia à nundinalibus.
5 Quod constitutio Pii V. pariformiter tractet platealia, & nundinalia.
6 Quod platealia sunt magis licita, quam nundinalia.
7 De origine & introductione cambiolorum platealium.
8 Nundinae cambiatoriae in Italia quando introductae sint.
9 De Doctoribus antiquis loquentibus de cambio locali, seu plateali.
10 Cambium plateale magis necessarium est, quam nundinalia.
11 De realitate concurrente tam in platealibus, quam in nundinalibus, & de scitis marcarum.
12 Decisio in reductione cambii per nundinas.
13 Continuatio, seu circularis prohibita est in platealibus, ac nundinalibus.
14 Quomodo intelligatur haec prohibitio, & quae dicatur continuatio prohibita.
15 De renesa an sit prohibita & quando.
16 Deracione discrepantia inter Juristas, & forenses, ac Theologos, seu Morales.
17 Quando cambium plateale fit suspectum de usura, & de cambiis regularibus & irregularibus.
18 In bilanciis nundinarum non adnotantur cambia eum se ipso.
19 An possibilia, seu factis suspensio spacionum cum anti-dota reddat illicita cambia platealia.
20 Ubi inter usuras, seu usurae nisi nimium excessiva, actus reddat in totum usurarius & nullus.
21 De Decisione Sac. Consilii Neapolitani super invaliditate cambiolorum platealium.
22 Quando dicatur adesse magnus excessus importans lesionem enormissimam.
23 Quod in cambiis regularibus, non intret termini lesio nis & excessus, & responderetur ad distam decisionem Sac. Consilii Neapolitani.
24 Quando contractus tractu temporis, vel ex alio accidente efficitur nimium in iustus & iniquus, reducendus est ad iustitiam, & aequitatem.
25 Mandatarius adhibere debet bonam fidem pro mandante, & quam culpam praestet.
26 Declaratur ne non procedat in mandatario in rem propriam.
27 In actibus spectatur initium, non quod casus deinde praebuerit.

Card. de Luca, Lib. V.